

idem vilem peccatorem indignum reputabas eadem vel simili gloria martyrii? Nisi enim indignum reputares, poteras non expectata benedictione hominis quamvis sancti, quamvis episcopi et magistri vociferari, quod Christianus esses ¹⁾. Bene ergo cingulum tibi tradidit et
 5 cingendo te propter hoc ipsum, quod eras humilis in oculis tuis demonstravit et notum fecit quod esses magnus in oculis Domini, id est non Chananeus, sed filius regni. Quid contra regibus sive filiis regni, scilicet his qui magni sunt in oculis suis? Non utique cingulum eis tradidit, immo quem videbantur habere baltheum abstulit iuxta sermonem
 10 sepe dicti sancti Iob: *Baltheum inquit regum dissolvit et precingit fune renes eorum* ²⁾).

22 ^{a)} Ecce hec ex abundantia cordis locutum est os meum ³⁾ ad te conversum, quia nimirum abundans est in ^{b)} corde sollicitudo gradientis inter spem et metum. Proficiscor ^{c)} enim in viam universe carnis, sciens
 15 quia *omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi* ⁴⁾. Et ut hoc ipsum verbis eloquar eiusdem beati Iob: *Ecce breves anni transeunt, et semitam, per quam non revertar, ambulo* ⁵⁾. O quam formidabilis profectio! Non licet immo non vacat homini christiano ignorare ^{d)} vel dissimulare formidinem hanc; quippe cum ^{e)} non solummodo vigilantem
 20 meditatio, verum etiam dormientem occupet ^{f)} pervigil tremor, ut anima eius assidue renuat consolari et memor sit Dei ⁶⁾ et priusquam faciem eius videat nunquam securus esse possit. Fateor quia non nisi expertus ^{g)} hec dicerem nec nisi ^{h)} experimentis doctus ⁱ⁾ clare intelligerem illud quoque, quod supradictus vir sanctus loquitur: *Si dixero: consolabitur*
 25 *me lectulus meus et relevabor, loquor* ^{k)} *in stratu meo, terrebis me per somnia et per visiones horrore concuties* ¹⁷⁾. Quid erubesco confiteri, quod mihi ^{m)} nonnunquam acciderit terror sive horror eiusmodi? ⁿ⁾ Vidi per noctem me proficisci ad tribunal Christi, a cuius facie sedentis super thronum tam horribiliter fugere videbantur plerique miseri, ut iam post

22 ^{a)} c. 22 fehlt J ^{b)} id M ^{c)} Proficiscor bis Ende c. 22 steht — eingeschaltet in *De meditatione mortis* — auch in Vat. lat. Ross. 425 (12. Jh.) fol. 112^v = V, in Clm 22230 aus Windberg O. Praem. (12. Jh.) fol. 185^c = W, in Cod. 652 der Univ.-Bibl. Innsbruck aus Stams O. Cist. (13. Jh.) fol. 58^v = S, Admont. Cod. 443 (4^o 12. Jh.) fol. 1^r—2^r = X, sowie (hier nicht benutzt) in Wien, Nat.-Bibl. Cod. 716 (Theol. 116) und 998 (Theol. 329) ^{d)} ignorari V ^{e)} cur M ^{f)} occupat WX (S korr. zu occupet?) ^{g)} expectus M ^{h)} folgt ab AM ⁱ⁾ docte M ^{k)} fehlt X; loquens mecum AM Vulg. ^{l)} me percuties AM Vulg. ^{m)} mihi fehlt M ⁿ⁾ eiusmodi orror V

¹⁾ Vgl. Passio s. Laurentii, ebd. S. 94 ²⁾ Iob 12, 18 ³⁾ Vgl. Matth. 12, 34
⁴⁾ 2. Cor. 5, 10 ⁵⁾ Iob 16, 23 ⁶⁾ Vgl. Ps. 76, 3—4 ⁷⁾ Iob 7, 13